

Pio Tommaso Masetti

Monumenta et antiquitates
veteris disciplinae Ordinis Praedicatorum...

Roma : Ex Typographia Rev. Cam. Apostolicae, 1864,

v. 1: p. 402, 407-409;

v. 2: p. 323;

(Fr. Fridericus Frezzi)



Fr. *Fridericus Frezzi*. An. 1400 electum fuisse satis probabiliter possumus existimare, cum praedecessoris regimen ultra biennium prorogari non possit. Bremondus asserit Fridericum promotum fuisse ad sacras infulas an. 1402 die 17 Novembris, Ughellus vero die 16 Octobris 1403. Sequenti anno 1404 (post Vicariatum Fr. Michaelis della Casa) sufficitur

Fr. Bartholomaeus de Acerbis. Sic manu sua electionem notavit in libro Provinciae « Ego Fr. Bartholomaeus de Acerbis « de Perusio fui factus Provincialis Romanus an. Dñi 1404 « de mense Junii in Conventu Cortoniensi in Capitulo Provinciali, et reperi infrascriptos libros quos assignavit mihi « Mag. Federichus de Fulgineo nunc Episcopus Fulginas etc. » Ipsum perseverasse ad an. 1411 habemus a documentis Perusinis.

Fr. Leonardus de Datis: invalescente schismate, ab Alexandro V Pisis electo institutus est Provincialis Romanus anno 1409 (*Bull. T. II.*), eique Etruria adhaesit, Bartholomaeo interea reliquam Provinciam administrante in obedientia Gregorii XII: ideo Perusinus Syllabus Leonardum omittit. Post annum vero 1411 videtur omnino tota Provincia, Bartholomaeo cedente, Leonardo obtemperasse, cum tota ferme Italia, et Perusina civitas Joanni XXIII Alexandri successoris obtemperarent. Leonardo successit

Fr. Dominicus Ristori. Ex Brevi Joannis XXIII, quo Leonardus an. 1414 constituitur Vicarius Ordinis, discimus hunc e Provincialatu ad Vicariatum Ordinis transiisse, ideo Ristorii electio consignanda esset huic anno, aut summum sequenti 1415.

Ut cumque res sit certum est Provinciam an. 1415 suum Praesulem habuisse, nam in antiquo codice Perusino (*dati, et accepti ab an. 1406 ad 1430*) sub die 3 Aprilis 1415 notatur « *Fr. Bartholomaeus Urbevitanus Vicarius rev. P. Provincialis in natione Romana*. Cujus vero fuerit Vicarius, latet; arbitrator Dominici Ristori.

Fr. Paulus Pelagallo. Hunc post diem 7 Septembris 1417 fuisse electum demonstratur ex instrumento Senensis Tabularii, in quo *Magister* tantum appellatur, et post Priorem inscribitur; quamobrem electio vel exeunte eodem anno, vel ineunte 1418 contigit. Cum vero is decesserit mense Octobris an. 1420, eodem anno vel sequenti successor creatus est.

Fr. Joannes de Afragola. An. 1420 exeunte, vel potius introeunte an. 1421 electus est, cum praedecessor obierit, sicut dictum est, mense Octobris 1420: Joannes mense Novembris nondum Prior erat Provinciae, siquidem in quodam codice Perusini Tabularii sub mense Novembris 1420 solo Procuratoris nomine designatur « *Fuit signata una supplicatio ad Sum. Pont. Dom. Martinum V ad instantiam Rev. Procuratoris Ordinis, videlicet Mag. Joannis de Afragola etc. etc.* igitur patet vel mense Decembris, vel sequenti Januario an. 1421 fuisse praepositum. Successit

Fr. Cristophorus de Cristophoris. Cum mors Joan. de Afragola nutet inter an. 1424 et 1425, electio Christophori pariter incerta inter utrumque est: sed dubio caret ipsum decurrente an. 1425 regimen tenuisse, sicut patet in ejus Biographia.

Fr. Petrus Antonius Petrucci. Dies et annus electionis istius manu aequali refertur in praecitato libro *Privilegiorum* his verbis « *Fr. Petrus Antonius de Viterbio S. T. Mag. qui in « Cap. Prov. in Urbeveteri a tota Provincia unanimiter electus « fuit in Provincialem hujus Provinciae, et confirmatus auctoritate Apostolica per rev. P. Fr. Bartholomaeum de Florentia S. P. Ap. Mag. an. Dñi 1432 die 24 mensis Augusti « tempore SSñi in Christo Patris D. D. Eugenii PP. IV.* »

Fr. Ludovicus Tosi. In Archivio Senensi supersunt adhuc

SAECULUM III.

PRIORES PROVINCIALES AB AN. 1400 AD AN. 1500.



1400. **FR.** **FRIDERICUS FREZZI Fulginas**, S. T. Magister, electus Prati mense Augusti.

Dolendum sane de hoc viro exigua superesse documenta. Quo anno lucem aspexerit, quove Ordini nomen dederit incertum haeret, tamen circa medietatem saeculi XIV ortum fuisse, atque in patria vota nuncupasse facile arbitramur. Certe anno 1375 Perusii agebat: ex vetusto Florentini Coenobii documento sacras litteras ibidem anno 1376 docuisse novimus: deinde a Gen. Cap. Carcassonensi an. 1378 Biblicus designatur in Pisano Coenobio, quo propter bellorum tumultus ex Florentino studia fuerant translata: an. 1384 Lucensibus fratribus Prior praefuit, ac demum ab anno 1387 ad 1390 Bononiae docuit (1), ubi et Magisterium consecutus est. Haec de ejus juventute vix nosse potuimus.

In patriam redux, ut animum continuis laboribus defatigatum recrearet, studii amoerioribus enixe vacavit, tuncque *Quadriregium* (de quo inferius) concinnasse conjicimus. Sed et B. Raymundo de Vineis Capuano Magistro Ord. in paucis charus fuit: ab eo quippe (uti ex *Regesto* novimus) Bibliothecae praefecturam, peculiarem cellam, aliosque obtinuit favores; denique ob egregia merita a Provincia Prior eligitur.

(1) Sic in Reg. B. Raymundi « *Die 26 Augusti 1387. Concessit Fr. Friderico de Fulgineo quod possit sibi unum Collegium Bononiae procurare pro magisterio consequendo.* »

Cum vero Provinciam sapienter moderaretur, a Bonifacio IX patriae Episcopatum suscipere coactus est die 16 Novembris 1502 (*Bull. T. II.*). Ex eo quo flagrabat religionis zelo totus fuit, ut unitatem Ecclesiae diro sebismate laceratam procuraret: partes Gregori XII, donec licuit, secutus est. Pisano quoque Concilio an. 1409 interfuit, sed videtur Alexander V electionem rotam, ac legitimam minime habuisse, siquidem Fesulanos fratres, inter quos S. Antonius, ea de causa exulantes, ac fugientes benigne excepit Fulginei, ac fraternam complexus est charitate. Constantiam mox ivit ad Concilium (an. 1414), eique interfuit non solum proprio, sed et aliorum Antistitum nomine: sic enim in notis legimus Sess. XVI a *Fridericus Episcopus Fulginas pro Abate Montis Cassinensis, et Jacobo Episcopo Spoletino, Episcopo Nucernio, et pro Nicholao Abate Mon. de Cruce Sociivici de Fulgineo.* (*Labbe Coll. Conc. T. XII.*) (1).

An. sequenti ex PP. mandato Narbonam se contulit cum aliis Episcopis ad Sigismundum Imperatorem, Regem Aragoniae, et Benedictum XIII ad conciliationes et pactiones inaudas inter istos, et Concilium. Huic consensui aderat quoque S. Vincentius Ferrerias, ideo non dubito, quin ejus amicitiam fuerit persecutus. Reversus Constantiam, ea in civitate e vivis eruptus est an. 1416 septuagenarius, uti coeji potest: acta subscripserat die 4 Martii ejusdem anni (*Ex eadem Coll.*) Litterae vero noster P. Richard asserens (*in. Analysi Concilior.*) eum a Bonifacio IX inter Cardinales fuisse cooptatum.

Vir fuit Fridericus omnigena scientia eruditus, in philosophia, theologia, et canonico jure, tum in mathesi, atque astronomia peritus: sed italica praesertim poesi excelluit, et Poema, quod *Quadreregium* inscribitur, concione ac perpolite digessit. De hoc opere, quod unice superest, pauca, neque inutilia di-

(1) Haec subscriptio nonnulli dissent ab ea, quae legitur apud Martene (*Coll. vet. Mon. et Docum. Vol. VII.*), Labbeanum tamen sincerorem existimo.

Quae de legatione Narbonensi dicta sunt nostri tradunt scriptores: nam in Actis Concilii apud laudatum Labbe inter Episcopos Narbonam missos nomen Friderici Ep. Fulginate minime legimus (*Sess. XVI.*).

ceda sunt. Opus quattuor libris constat: in 1^o loquitur de regno *Amaris*: in 2^o de regno *Sathanae*: in 3^o de regno *vitiorum*: in 4^o de regno *virtutum*. Undique Aligharū saporem redolet, ac primum fuisse qui ad Istius stylium proxime accesserit jure credant, proditi: certa, nullas scriptorum propius Daubis vestigia siye gravitate, siye aunositate, siye graditione secutus est, ac poster. Fridericus. Nec, postquam, dedignatus, est Ludovicus Ariosto, qui in sua conciliando plurimum isto usas est. *Quadreregium* notis illustravit P. Angelus Guillelmus, Arlegiani de Fulgineo.

Si Echaridum audiamus Poema primo typis impressum prodit an. 1511, sed fallitur; prodierat siquidem an. 1481 Perusii per Stephanam Arnō Teutonicum; exemplar in publica Perusina Bibliotheca adhuc asservatur. Pluries deinceps ad nos usque recensum fuit, ac novissimis typis Mediolanensibus. Legatur quoque cultissimus P. Vico, Marchesa (*Vita di Fr. Bened. Fior.*)

1404. FR. BARTHOLOMAEUS DE ACERBIS Perusinus patrii Coenobii alumnus, electus Cortonae die 19 Junii.

Natus est Perusii genere vetustissimo, quod etiam adulo saeculo XVI in ea civitate clarebat, ac filius fuit Pauli de Acerbis: circa medietatem saec. XIV editum fuisse arbitrari possumus. In patria Ordinem est amplexatus ante annum 1374, tunc enim prima vice memoratur in Perusinis documentis. Pietate, doctrina, ac verbi Dei praecocione nomen suum celebre fecit: an. 1387, fratribus Prior praerat, rursusque an. 1415. Sed aequales Perusini Chronographi vel nullam de eo posteris reliquerant memoriam, vel potius interciderunt: unus P. Dominicus Balleonas circa an. 1533 nonnulla de eo tradit, quae ex quodam vetustiori Chronico Fr. Juliani Angeli (qui an. 1459 scribebat) desumpsisse ait. Ejus igitur verba asserimus a Fr. Bartholomaeus de Acerbis antiquus pater, et venerabilis, praedicator graciosus et doctus, et vir devotissimus, qui quanti

citur exaratum fuisse inter an. 1403, et 1406 (1). Dicendum igitur est exeunte an. 1403 ivisse Venetias, licet per breve tempus in patriam redierit an. 1405.

Pag. 357. *Fr. Michael della Casa.* Fuit Vicarius Provinciae ab sua absoluteione ad mensem Septembris anni 1402, et iterum a mense Februarii ad Junium an. 1404, uti ex dicendis de successore evidentius patebit. Interea erunt corrigenda quae dicta sunt *adn. 1.* in ejus biographia.

Pag. 407. - 1402. *Fr. Fridericus Frezzi.* Ejus electionem transferendam esse ad mensem Septembris an. 1402 ex dictis facile inferimus, licet in vindiciis anno 1400 probabiliter fuerit alligata. Electio autem ad Episcopatum contigit mense Octobris sequentis anni 1403: nihilominus Provinciae regimen retinuit usque ad Februarium an. 1404, quo Romae consecrationem suscepit Dominica I Quadragesimae, uti infra dilucidius patebit. Iterum igitur Michael della Casa Vicarius fuit usque ad electionem successoris, videlicet Bartholomaei de Acerbis.

De anno assumptionis Friderici non sine ratione Scriptores inter se discrepant, uti in vindiciis innuit (*pag. 402*), aliis pro anno 1402, aliis pro anno 1403 stantibus. Ejusmodi antilogiae ortae sunt ex geminis Bullis de hac re datis: in earum prima data ipsi Friderico legitur (ex errore amanuensis) annus 1402 (*Bull. T. II.*), in altera ad Fulginates missa annus 1403 notatur; ideo Ughellus, et Bremondus diverse opinati sunt. Sed ex epistolis Bartholomaei de Acerbis infra referendis perspicue infertur electum fuisse Episcopum an. 1403, et consecratum sequenti.

Pag. 409. - 1404. *Fr. Bartholomaeus de Acerbis.* De eo pauca quae supererant in Tabulario Perusino, et in documentis Provinciae collegi; nunc vero sequentia addenda erunt.

Reformationem a B. Raymundo fuisse Venetiis inchoatam

(1) Alibi diximus hanc Tertii Ordinis Historiam (ex qua multa quoque ad Provinciam nostram spectantia ex epistolis erui possunt) editam fuisse an. 1749 ex MSS. codice Veneto a Sen. Flaminio Cornelio in eruditissimo opere «*Historia Ecclesiae Venetae Dec. XI.*»